

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Thomæ Goodwini Moses & Aaron Seu Civiles & Ecclesiastici Ritus Antiquorum Hebræorum

Godwin, Thomas

Bremæ, MDCCX

VD18 12442798

Cap. V. De Pontificibus summis, Sacerdotibus, Levitis, & Nethinaeis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18703

CAP. V.

De Pontificibus summis, Sacerdotibus,
Levitis, & Nethinæis.

I. **T**empli cura tribus ordinibus ministrorum demandata fuit; *Sacerdotibus, Levitis, & Nethinæis*; qui comparari possunt *Episcopis, Diaconis, & Subdiaconis* Ecclesiæ primitivæ. (1) Horum caput erat *summus Pontifex* sive *summus Sacerdos*. In Aaronis posteritate perstitit Sacerdotium; ejus profapiæ autem primogenito cedebat *Pontificatus*, cum cæteri posterii ἀπλῶς simpliciter *Sacerdotes*, h. e. *Sacerdotes secundi ordinis*, dicerentur. 2. Reg. XXIV. 4. Sic præter Aaronem ipsiusque lumbis natos (quibus Sacerdotium datum erat) omnis reliqua Levi posteritas *Levitæ* vocabantur.

II. Et in *Summis* & in *Secundis Sacerdotibus* duo occurrunt observatu digna: 1. ipsorum *initiatio*, 2. ipsorum *functio*. In his duabus partibus differunt quadantenus, & conveniunt quadantenus.

III. I. Differunt in initiatione, nam 1. *Summus Sacerdos* ungebatur; materia hujus χρίσματος & describitur

(1) Antiqui φιλοπρωτεύοντες contra mandatum Christi Matth. XX. 26, 27. distinxerunt verbi ministros, additis insuper novis dignitatum nominibus, *καταρχῶν, μητροπολιτῶν, ἐπισκόπων δικαστικῶν, Ἀρχidiaκόνων*, &c. cum tamen Presbyteri & Episcopi iidem fuerint, & sæpè διάκονοι nominentur, licet hi distincti etiam fuerint à πρεσβυτέροις. Act. VI. 2-6. uti pluribus probant *Salmas. lib. de primatu Pape, & Momma tom. 2. cap. 10.*

tur (2) *Exod. XXX. 23.* Effundebatur in caput Aaronis *Lev. VIII. 12.* descendebat in barbam & vestimenta ejus. (3) *Pf. CXXXIII. 2.* *Secundani Sacerdotes* tantum adspangebantur oleo isto unctionis admixto sanguine, qui erat super altari, *Levit. VIII. 30.* Hinc *Sacerdos Summus* in fonte legitur *Sacerdos unctus. Lev. IV. 5.* *Jonathan* habet; *Sacerdos magnus*, vel *summus*. Disertè *Aben-Esra*; *Sacerdos magnus* ipse est *Sacerdos unctus. Lyranus* adhuc clariùs; *Sacerdos unctus est Sacerdos magnus, quia inferiores Sacerdotes non ungebantur.*

IV.

(2) Oleum istud unctionis compositum fuit ex ἀρώμασι καὶ ἡδύσμασι πολυτέλεισι, aromatibus & condimentis suavis multi valoris. Quod oleum emblemata fuit Spiritus S. i. penetrat, sanat, artusque vegetos ad currendum pugnantumque reddit, 2. hilarat, 3. suavi odore εὐωδία perfundit. Sic Spiritus S. præprimis effunditur in N. T. exhibitio ἀντιτύπω Aaronis, & operatur ita in Electis, ut edant bona opera, h. e. spirent εὐωδία, & hilarentur, *Rom. VIII. 15.* & parati sint ad luctas & certamina.

(3) Oleum descendens in barbam ac togam ipsius Aaronis notat i. Spiritum S. non ex mensura effusum in Christi humanam naturam, quam Deo in sacrificium obtulit, & in qua potentissima Deitatis opera eluxerunt, *Act. X. 38.* nam vestis est γέννημα foetus terræ, & notat Christi ἀνθρώπινητα *Esa. LXIII. 2.* 2. Barba & toga simul quoque notant membra Christi, quæ participant de unctione Christi. Primò effusum fuit oleum in caput Aaronis, sic Christus à seculo unctus est, *Prov. VIII. 23.* deinde descendit in barbam & togam, h. e. omnes fideles Novi Test. fratres Christi κατὰ σάρκα quoad carnem, & in quibus velut veste habitat & vivit. Sic de Ecclesia dicitur, quod velut ornamentum induat fideles. *Esa. XLIX. 18.* Interim quidam fidelium oleo isto Spiritus tenuiter adsperguntur, quidam abundantius unguuntur.

IV. Per hoc denotata fuit unctio nostri Salvatoris, uncti oleo alacritatis supra consortes suos. Psal. XLV. 8. Unctus fuit supra consortes suos extensive & intensive. Extensive; nam et si Aaron fuerit Sacerdos unctus, Saul Rex unctus, Elisa propheta unctus, (4) Melchizedek & Rex & Sacerdos, Moses Sacerdos & Propheta, (5) David Rex & Prophe- ta; nemo tamen nisi solus Christus $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma$, מָשִׁיחַ , simul & Rex, & Sacerdos & Propheta fuit. Intensive; Ipse est unctus, nos adspersi; ipse plenus gratia & veritate, nos ex ipsius plenitudine accipimus gratiam pro gratia $\chi\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma$ ἀντὶ $\chi\acute{\alpha}\rho\iota\tau\omicron\varsigma$. (6) Job. I. 14. 16. Et omnes Chri.

(4) Sæpè evenit, ut ceremonia usurpata circa aliquam rem, fortiatur ejus nomen.

(5) Rectè hîc omittitur, quod Moses fuerit Rex in *Jeshurun*. Deinde nec semper fuit Sacerdos; electis enim Levitis & Sacerdotibus, cessavit, uti omnes primogeniti, sacrificare: fuit autem; 1. $\mu\epsilon\sigma\iota\tau\eta\varsigma$ Mediator, 2. $\lambda\upsilon\tau\rho\alpha\tau\eta\varsigma$ Liberator, 3. $\nu\omicron\mu\omicron\theta\eta\tau\eta\varsigma$ Legislator, 4. Propheta. Joh. 1. 17. Gal. III. 19. 20. Act. VII. 35. Deut. XXXIV. 10, in quibus partim convenit, partim opponitur Christo. Fuisse tamen sacerdotem vel ex solo Psalms 99. 6. testimonio constat.

(6) Christus unctus dicitur duplici ratione; 1. quatenus ordinatus est à Patre ad certum munus, 2. quatenus unctus est Spiritu Sancto; quod tria importat; 1. quòd super ipso sit Spiritus Domini Esa. LXI. 1. hoc est, quòd sit $\delta\ \Theta\epsilon\acute{o}\varsigma$ $\epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\eta\tau\omicron\varsigma$ $\epsilon\iota\varsigma$ $\tau\acute{\alpha}\varsigma$ $\alpha\iota\omega\acute{\nu}\alpha\varsigma$ Deus benedictus in secula. Rom. IX. 5. 2. quòd ipsius humanitas sit donis spiritualibus omnibus instructa, 3. quòd opera divina fecerit, & propter ipsius $\delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\mu\alpha$ Spiritus Sanctus effusus sit in corda fidelium, præprimis in Nov. Test. Joël. II. 28. Sic videmus, quomodo ex ipsius plenitudine accipiamus gratiam largam pro gratia parcius data in V. Test. Nisi malis dicere $\chi\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma$ ἀντὶ $\chi\acute{\alpha}\rho\iota\tau\omicron\varsigma$ notare gratiam fidelium gratiæ Christi congruam & respondentem.

Christiani, præprimis ministri, sunt $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma \epsilon\upsilon\omega\delta\iota\alpha\varsigma$
 $\tau\omega \Theta\epsilon\omega$ (7) *fragrantia Christi Deo* 2. Cor. II. 15.

V. II. Differunt quoad *vestes*, quæ erant necessarium adjunctum & requisitum initiationis ipsorû. Summus Sacerdos tempore ordinariæ functionis in Sanctuario VIII. vestibus ornatus erat. Exod. XXVIII. quæ erant I. *Femoralia* (8) *linea ad tegendam carnem nuditatis*, II. *Toga ocellata*, sive tessellata, (9) ex bysso, sive Xylino, quæ obtegebat femo-

(7) Christiani sunt Christi fragrantia Deo, h. e. Christus suo sacrificio, quod fuit חַיִּים נִחַיִּים *odor acquiescentiæ* Deo Gen. VIII. 21. comparavit Ecclesiæ suæ 1. Justitiam, quâ justi sunt & fiunt coram Deo, quaque Deus, tanquam bono odore, acquiescit. 2. Spiritum Sanctum, cujus oleo pretioso delibuti sunt, sic ut jam spargant de se operum in charitate factorum fragrantiam. 3. Sacerdotium spirituale, in quo $\theta\upsilon\mu\acute{\iota}\alpha\mu\alpha\tau\alpha$, h. e. timorem & preces & suspiria igne cœlesti adolent.

(8) Autor hic vestes ordine disposuit: primum ergo indumentum fuerunt femoralia linea. Hebr. מִכְנֵסֵי בָר Luth. *Leinen Niederkleider*. Belg. *Linnen Onderbroeck*. Gen. Angl. *Linen Breechs*. LXX. $\mu\epsilon\lambda\iota\sigma\mu\alpha\lambda\acute{\eta}$, *bracca*. Hæc vestis duo notat: 1. in Christo pontifice nihil visum fuisse $\alpha\chi\alpha\mu\omicron\nu$, *turpe*, peccatum; 2. nos velut sacerdotes debere Deo fervire $\mu\epsilon\tau' \alpha\iota\delta\epsilon\varsigma \kappa\alpha\iota \epsilon\upsilon\lambda\alpha\beta\epsilon\iota\alpha\varsigma$, *cum verecundia & pietate seu pio timore*. Hebr. XII. 28.

(9) Toga byssina & ocellata Hebr. כְּתֹנֶת שֵׁשׁ & שֵׁשׁ תְּתִירָה Luth. *ubique Engrock / von weisser Seiden*. Belg. *een Roek van Gogskens / van fyn Linnen*. Angl. *a Broidered coat of fine linen*. LXX. $\chi\iota\tau\omega\upsilon\beta\upsilon\sigma\sigma\omicron\nu$ & $\kappa\omicron\sigma\upsilon\mu\beta\omega\tau\omicron\varsigma$. Quid byssina toga notarit, vide *antec. cap. 4. not. 2.* scutulæ & oculi in ista toga notarunt varietatem $\chi\alpha\lambda\iota\sigma\mu\alpha\tau\omega\upsilon$, & perscutum nitorem, tum in proprio, tum mystico corpore Christi.

femoralia linea. III. *Baltheus acupictus* opere phrygionico, (10) ex bysso, hyacinthino, purpureo, & coccineo dibapho, quo tunica stringebatur. IV. *Tunica tota hyacinthina*, (11) ex cujus fimbriis

(10) Baltheus nota est A. Potestatis, Esa. XXII. 21. qua Christus vestem suam, h. e. omnia quæ ipsi data sunt, continet. B. Τῆς ἐπιμασίας, promptitudinis ad justitiam omnem faciendam Esa. XVI. 5. Esa. XI. 5. Ita nos decet esse promptos Eph. VI. 14. qui sumus Sacerdotes. C. Quod fuerit acupictus, designat promptitudinem regulatam, quæ est cum notis & signis ἡ εὐδοκίας beneplaciti. Hic paucis depingendi colores, quibus cingulum, malogrannata, amiculum &c. interstincta erant. *Primus* erat hyacinthinus, Hebr. תְּכֵלֶת. Luth. semper *gehle Seiden*. Cur ipse addiderit *Seiden* non liquet. Belg. *Semels Blaeyro*. Angl. *Blue*. LXX. ἰακίνθινος; qui color participat de purpureo & cæruleo, & est violaceus. Rabbini volunt fuisse colorem maris, h. e. Smaragdi viridis, qui color pascit oculos & notat gratiam Jesu Christi & est in Iride. *Secundus* color fuit purpureus. Hebr. פָּרְפֹּרִית. Luth. *Scharlach*. Belg. *Purper*. Angl. *Purple*. Purpura est coloris fuscioris ad vaccinia accedens, unde Virgilius, *vaccinia nigra* dixit pro purpureis, & denotat ταπεινωσιν humilitatem tristitiamque extremam. Et quoad fuit fuetus Regibus color, significat Christum esse Regem ἐν τῶν ἄνω *coelestem*. *Tertius* color fuit coccineus dibaphus. Hebr. תְּוֹרֵת. Luth. *Rosinroth*. Belg. *Scharlachen*. Angl. *Scarlet*. LXX. κόκκινον κλωσόν & κελασμένον, *Coccinum contortum*. Color coccineus, h. e. roseus, sanguineus, puniceus; dibaphus, h. e. *bis tinctus*; significat sanguinem & patientiam duplicem Jesu Christi. *Quartus* fuit candidus, nota fidei infucatae, & sinceritatis Jesu & omnium fidelium.

(11) *Tunica tota hyaciathina*. Hebr. מַעֲיֵל הַאֲפֹרֶת
tunica

briis dependebant LXXII. aurea tintinnabula, (12) internexis malogranatis (13) hyacinthinis, purpureis, & coccineis. Hæc toga operiebat tunicam ocellatam & baltheum acupictum, V. Ephod

תפוח

tunica interior sub Ephod, & simpliciter תפוח. Tunica fuit, non pallium ut Trem. & Jun. Belg. Mantel. Bene Luth. Rock / Seiden Rock / unter dem Leib Rock. Angl. à robe. LXX. ποδήρης talaris. Sic Josephus ait fuisse ποδήρη tunicam ad pedes defluentem, & quidem δι' ὅλε ἀρραφον, Job. XIX. 23. ad significandum tum Majestatem tum τὴν δόξα κληρίαν καὶ ὀλοτελειότητα J. C.

(12) Ex illa tunica pendebant nolæ aureæ, quæ quatuor inferunt; 1. quod Christus locuturus sit verba Dei, nam aurum in illo ære tinniente ut & reliquis vestibus est symbolum Deitatis, quia est metallum purissimum, pretiosissimum, sibi que simile. 2. quod, quando in Sanctuarium, h. e. cælum abiverit, gratissimus Evangelii sonus quaquaversum exclusarum gentium animos mulsurus sit. 3. idque per os duodecim & sexies duodecim h. e. LXXII. discipulorum Christi. 4. nec non omnibus totius orbis linguis, quas Judæi LXXII. numero esse dicunt.

(13) Interferta erant & mixta tintinnabulis malogranata, sic dicta, quia granis referta sunt mala punica, sive citrea. LXX. ποικύ, & ποίσκοι: quæ quatuor notant; 1. Sacerdotis nostri suaveolentiam per δικαιοσύνη justitiam, & oleum Spiritus S. 2. Quod is animabus nostris saluberrimus cibus factus sit. 3. Quod, sicut malus granata fructibus semper læta est, pomis aliis maturis, aliis subnascentibus, unde Virg. 2. Georg. 150. bis pomis utilis arbor; sic fideles, qui figurantur per vestem, ex qua mala pendent, semper bonos fidei fructus ferant. 4. Sicut fragrantia malogranatorum vestes à tineis tuetur, sic fideles ἐν ὀσμῇ suaveolentia meriti Christi ab omni malo; unde teste Macrobio Romani citrea suis vestibus interseruerunt; quod ipse tamen ipsorum luxui dat.

אֶפְרוֹד *amiculum* (14) ex auro, hyacinthino, purpureo, coccineo dibapho, & Xylino seu bysso internexo, opere artificiosissimo; in hujus Ephod humeralibus erant duo *sardoniches*, (15) in quorum unoquoque insculpta erant sex nomina tribuum Israël. Hoc amiculo seu אֶפְרוֹד tegebatur ἀμέσως tunica מעיל. Istud amiculum ambibat etiam cingulum ejusdem operis, ex auro scil. hyacinthino, purpu-

(14) Amiculum seu pallium אֶפְרוֹד. Luth. Leibroc. LXX. ἐπιωρίς chlamys, humerale, scapulare. Belg. & Angl. retinent Ephod. Non fuit toga, sed injecta humeris vestis absque manicis, sicut fœminæ Judæorum quibusdam in locis adhuc gestant & sicut prophetæ gestasse videntur. 1. Reg. 19, 19. Per hoc Ephod notatum fuit Christi manus propheticum, idque pacificum & non manicatum. Tale amiculum & Ephod gestavit propheta David, 2. Sam. VI. 14. sed lineum. In hujus amiculi lateribus summis erant duo sardoniches.

(15) Duo Sardoniches. LXX. hic variant; vocant eos jam λίθες πρασίνες, σμαράγδεις, ἐρυθρὰς lapides virides, & etiam ὄνυχας sive σαρδόνυχας, qui referunt candorem carnis ungue humano testæ. Luth, Trem, & Jun, Belg. Angl. habent Sardonychias. Qualis fuerit ille lapis אֶפְרוֹד, non constat certò. Exod, XXVIII. 6. 14. Aaron dicitur portare nomina filiorum Israël coram Domino in recordationem, quia sculpta erant in istis lapillis; quod duo significat; 1. Verum Pontificem humeris suis portare Electos suos in cœleste sacrarium, Jes. XL. 11. tanquam pretiosam gemmam & ornamentum, & peculium suum. 2. Deum Electorum curam habiturum, iisque multis modis benefacturum, ubi Sacerdos verus sacrarium cœleste intrârit, & velut ovabundus hæreditatem suam redemptam gestârit; tum enim Deus Electorum memor est κατ' ἐμφασιν. 3. Christum habere quosdam, qui à dextra, & quosdam, qui à sinistra sint in Regno.

purpureo, coccineo dibapho, & bysso intertext-
to. VI. *Pectorale Judicii*, operis artificiosissimi,
(16) ex auro, hyacinthino, purpureo, cocci-
neo, & Xylino intexto; quod spithamam longi-
tudine & spithamam latitudine extensum, &
catenulis annulisque aureis, extremitatibus ami-
culi connexum erat. Huic inserti fuerunt duo-
decim pretiosi lapilli (17) quaternis ordinibus,
C quibus

(16) Externis Amiculi partibus affixum erat pectorale
Judicii. Hebr. **שֵׁטֶף יָשָׁן**. LXX. *περιστήσιον* pectorale.
Luth. das Schildlein. Angl. *Breſtlate*. Belg. *Borſtſlap*.
Notabat I. Jesum esse eum, **הַמִּשְׁפָּט לִי יָשָׁן** cui est
judicium, *Ezech. XXI. 32.* & cujus est *κρίσιν ποιῆν* Joh. V.
27. 2. Fideles, in quorum *pectore* est lux, & vera *Ratio*
ac sapientia, idoneos esse ad *judicium* justum ferendum; cæ-
teros semper falli & fallere, falsumque testimonium
dare.

(17) Nolo hic ob brevitatem evagari in recensendis
duodecim istis lapillis; præsertim cum omnes versiones
termè invicem collidantur; hinc *Aben-Efra* in *Exod.*
XXVIII. *Non est nobis*, ait, *via plana, quâ cognoscamus*
lapides insertionis. Nisi quòd duo lapilli Sappirus & Jaspis
ob affinitatem Hebræarum vocum plerumque retineantur. Non
abs re puto addere, quod à Viris eruditis deprehensum
est, scil. quòd Jaspis, qui ultimus est *Exod. XXVIII*, pri-
mus ordine sit *Apoc. XXI.* quod significat Christum, qui
ob virorem & gratiam comparatur Jaspidi, venisse in fine
prioris seculi, h. e. V. T. & in principio N. Test. & coadu-
nâsse illa duo Testamenta. Insuper quòd Aaron gemmas
istas gesserit **בְּלִבּוֹ** in corde suo notat, I. Christi interces-
sionem pro Sanctis coram Deo; 2. quòd peculium suum,
oves suas, velut positas in pectore, amet, noverit, &
illis, tanquam rutilantibus stellis & gemmis radiantibus,
circumfusus sit. De gemmis, de pectorali, deque *nis Urim*
& *Thummim* &c. plura *Lib. IV. cap. 2. §. 101-3.*

quibus (f) lapillis insculpta erant nomina duodecim tribuum. Insuper in hoc pectorali posita erant

(†) Quanquam impossibile sit, ex Hebraicis vocibus eruere, quas illæ gemmas præcisè denotent, haud tamen videmur operam perdere, si indicamus, quales illæ gemmæ duodecim sint, quas *Apocalypsis* memorat cap. XXI. & quas virtutes habere dicantur. Colores enim omnes, præter fuscum & atrum, virtutum & *δυναμειων* in hominibus, angelis, lapidibus & herbis, notæ & signa sunt. *Vid. not. Lib. I. cap. 4. §. 4. Exod. XXIV. 10. Ezech. I. 13. 16. 22. &c.* Prima gemma dicitur *Jaspis*. Hic non indigitari propriè Jaspidem, sed *Adamantem*, firmavimus peculiari notâ ad vs. 11. *Apoc. XXI.* in versione nostra N. T. Infractum ejus robur, pelluciditasque *νευσυμμιζου*, & virtus contra venenum, ut fertur, meritò primas tenet, & puritatem cordis atque fortitudinem spiritûs significat; qualis virtus in Petro, Apostolorum primò fuit. *Matth. X. 2.* Secunda gemma dicitur *Sapphirus*, cœruleique coloris est, & virtutem habet firmandi cor, & resistendi gangrænæ. *Tertia Chalcedonius* varium colorem refert, prout Diei obvertitur, & melancholiam pellit. *Quarta, Smaragdus*, in viridibus lapillis pretiosissimus, dysentericæ mederi putatur. *Quinta Sardonyx*, sive *carneolus*, carnis colorem habet, *vid. not. 15.* & sanguinis profluvio obstat. *Sexta Sardinus* audit, estque pyropus vel carbunculus, ein Rubin oder Granat/ rubei & ignei coloris, *Hebr. יָבֵן*, venerem & somnum propulsat. *Septima, Chrysolithus*, colore subviridi, & ad flavum accedente excellit. *Octava* est *Beryllus*, coloris quoque subviridis, sed ad cæsum vergentis virtutisque oculos & stomachum roborandi. *Nona, Topasius* nomen à Topaza Maris rubri insula, coloremque habet aquæ croco permistæ, & Epilepticis prodesse fertur. *Decima Chrysoprasus* est, luteo viridique perfusus colore; præsens venenum pallore indicat & horret. *Undecima, Hyacinthus*, hyacinthini coloris, virtute pestilentiam fugandi, præstat. *Postrema Amethystus* violacei est coloris, & creditur ebrietatem avertere.

erant Urim & Thummim. (18) VII. Cidaris ex bysso
(19) sedecim cubitorum, ipsius caput circumiit.
C 2 VIII.

(18) Urim & Thummim. Luth. Licht und Recht. Belg. & Angl. retinent Hebræum. Paucis. Aaron cum munere & vestitu typus Christi erat. Ergo typicè habuit Urim & Thummim, non verè. In pectorali Judicii fuerunt gemmæ lucentes, micantes, Symbolum τῆ φωτός lucis Christi; huic Symbolo & signo μετανοητικῶς datur nomen signati, quod est Urim & Thummim, quodque abstractè Christus est, quia est τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν Job. 1. 19. lux vera, quique est ipsa integritas, & sinceritas. Quatenus jam Aaron dicitur habuisse Urim, notat Christum esse φῶς ὃ φωτίζει lucem quæ illuminat præprimis Electos suos, & facit ipsos lapides ignis, gemmas scintillantes Ezech. XXVIII. 14. Quatenus autem dicitur habuisse Thummim, significat, Christum gemmas suas, quas, ut sol justitiæ, illuminavit, amare sincerè, sine furo, integrè, utpote quæ jam sint sine labe, sinceræ, puleræ: Sic & Urim & Thummim ipsi XII. lapides signum fuerunt. Levit. VIII. 8. Quomodo autem Deus dicatur respondisse per Urim & Thummim, vide clarè hoc enucleantem Cocc. Epist. CCXIV. & infrà lib. IV. cap. 8. plura.

(19) Cidaris sive pileus. Luth. & Belg. Hoet. Angl. mitre. Hæc tiara sive pileus nota est servitutis, & subjectionis, unde mulieres velatas esse decet, Gen. XX. 15. 1. Cor. XI. 10. adeoque pudibundas, ne suam formam alienis viris prostituant. Velatio ergo est ejus, qui timet, erubescit, quòd reatus nondum sit sublatus. Hinc in V. T. ad præsentiam Dei se contexerunt; ad significandum: illum nondum venisse, cujus δικαιώματα justitiâ possint propè ad Deum in Spiritûs lætitia & relectâ facie accedere. Cidaris propterea in Aarone notavit, Christum venturum ἐν μορφῇ δούλου sub legem factum. Judæi hodierni, quibus est κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν, imitantur veteres, & se adhuc in suis synagogis velant. Equidem non ignoro, pileum apud Romanos libertatis signum fuisse. Servi enim,

VIII. *Bractea aurea*, sive corona *Sanctitatis*, duos digitos lata, cui insculptum erat: *Sanctum Domino* (20) קֹדֶשׁ לַיהוָה, quæ ipsius cidaris parti anteriori affixa erat vittâ hyacinthinâ.

VI. His octo vestimentis usus est Summus Sacerdos in functione sua, vocanturque Rabbinis בגדי זהב *vestimenta aurea*, ob pretiositatem ipsorum, respectu vestium illarum, quas induit anno semel, nempe quando intravit *die expiationis Sanctum Sanctorum*. Levit. XVI. 4. 23. Has verò posteriores vestes nominabant בגדי לבן *vestimenta alba*; quæ quatuor numero sunt: 1. Femoralia lineæ. 2. Tunica lineæ. 3. Baltheus lineus. 4. Cidaris lineæ.

VII.

enim, qui comam alebant pro integumento capitis, libertate donati, caput pileo tegendum radebant. Hinc *Plaut. Amphit.*

Ut ego hîc hodie rasô capite calvus capiam pileum.

Hinc & *Livio* aliisque solennis phrasis; *vocare ad pileum servos*: Alia tamen consuetudo, aut potius capitis oblecti mystica significatio, apud Judæos fuit.

(20) Lamina aurea, cui insculptum קֹדֶשׁ לַיהוָה *Sanctum Domino*, tria notavit: 1. Christi sanctitatem divinæ & humanæ naturæ. Heb. VII. 26. 2. Quod Christus fuerit victima pro peccatis nostris, vid. Ex. XXVIII. 38. ut ἀγιαζὼν σεαυτὸν *sanctificans se ipsum* pro nobis Joh. XVII. 19. 3. Christum cum suis in fronte notandos. Hæc lamina Heb. פָּרִיז flos dicitur, & כֶּטֶם coma. Hanc vocem Luth. Angl. Belg. coronam transtulerunt. Sed in signe Sanctitatis & distinctionis, seu separationis ad delectum, tantum fuit lamina ista, non corona, nec totum caput cinxit, sed anteriorem frontis partem. LXX. τὸ πέταλον τὸ χρυσεόν, *folium aureum* reddunt.

VII. Tempore secundi templi, quum illud *χρῆσμα* & sacrum oleum defecerat, (21) non dictus est Sacerdos Summus *מתרבוה משחרו* *Auctus unctione*, sicut antea, sed tantum ratione vestium servatarum, *מתרבוה בגרים* *Auctus vestibus*. *Cunæus de Rep. Hebr. l. 2. cap. 7. p. 222.*

VIII. Has 4. posteriores vestes Sacerdoti Summo in publico urbis gestare minimè licebat, nisi necessitatis telum ipsum eò adigeret; uti fecit Simeon justus, qui obviam processit Alexandro Magno, cultu hoc ornatus. (22) *Moses Kots. Præcept. affirm. 173. fol. 2. col. 3.*

IX. Hoc *σολισμῶ* vestitu adumbratur triplex Christi munus: Coronâ sive bracteâ aureâ *Regium*; *τοῖς* *Urim & Thummim*, ut & aureis nolis, ac malogranatis *Propheticum*; per tintinnabula denotabatur sonus doctrinæ Christi; per malogranata *ἐνωδία*

C 3

fra-

(21) Omnes Pontifices usque ad Josiam sacro illo unctionis oleo delibuti fuerunt, sed absconditum est sub illo. Vid. *Cocc. Maccoth. cap. 2. §. 6. not. 16. 17.* Sic paulatim debebant umbræ evanescere, ut discerent Israëlita eundem mox adfuturum modo præstantiori, qui indigitatus fuit per oleum, h. e. Spiritum Sanctum.

(22) Jaddus is fuit. Occasio hæc erat. Alexander, obsessa Tyro, vicinis populis delectus & comæatum imperat; Judæi, Persico fœdere obstricti, Macedonum amicitiam explodunt; movet infesto animo & agmine Alexander in Judæam, cui obviam egrediuntur supplices Judæi, Jaddo in pontificali vestitu præeunte, ut emolliant Regem, Rex *χρηματισθεῖς κατ' ὄναρ* in somnio monitus, veneratur nomen Dei laminâ exaratum, Judæisque multâ libertate donatis, abit. Plura qui desiderat, adeat *Josephum lib. II. cap. 8. Justinum lib. 36. cap. 3.*

fragrantia Sanctitatis ejus. Sacerdotale munus exhibitum fuit duodecim nominibus tribuum Israëlis, amiculo sive τῷ Ephod & pectorali insculptis, quâ re præfiguratus fuit Christus, Deo sistens partam Ecclesiam, proque suis ovibus intercedens, quas κατ' ὄνομα novit, Joh. X. 3. (23)

X. Sacerdotes Secundani tantum 4. sacris vestibus amiciebantur in functione sua; 1. *Femoribus lineis*, 2. *Tunicâ lineâ*, 3. *Baltheo lineo*, & 4. *Tiarâ lineâ*. (24) *Exod. XXVIII. 40. 42. Sc.*

XI. III. Differunt etiam quoad *matrimonia & conjugia*; non integrum erat *Sacerdoti Summo* sibi jungere vel *viduam*, vel *dimissam*, vel *corruptam*, sed *virginem intactam* (25) *Levit. XXI. 14.* Ex *vidua* non poterat frui *primo amore*; ex *dimissa*, nec *primo* nec *sincero*; ex *prostibulo*, nec *primo*, nec *sincero*, nec *ullo*; quos tamen amores Christus, Summi Sacerdotis ἀντίτυπος, ab Ecclesia sua requirit,

(23) Locupletiores harum rerum notas jam præmissimus. Adde hîc, quod quæ Christo applicantur, etiam ad membra ejus referre debeas semper.

(24) Differunt tiaræ filiorum Aaronis à מצנפת *cidari* sive *mitra*, pileo ipsius Aaronis; vocantur enim alio nomine מצבעות *insule*, tiaræ, sive rectius fasciæ, vittæ, ἀσπίδα, quibus Turcæ & Persæ se adhuc redimiunt. Concordant Luth. Belg. & Angl. Ille *Hauben*. Illi *Mützen*. Hi *Bonnets*.

(25) Virginem debebat ducere Pontifex, ad significandum Christi sponsam esse ἀμωμον καὶ ἁγιασμένην Cant IV. 7. *immaculatam virginem à Mundo & Viris, κατ' ἐξοχήν* ita dictis, non vitiatam, sed cum quoad corpus, tum quoad spiritum impollutam.

rit, exigit, expectat. Reliquis Sacerdotibus lex viduas indulget. Levit. XXI. 7.

XII. Conveniunt in sua *INITIATIONE* Sacerdotes Summi & Secundani, quoad hos ritus. 1. Requiritur, ut utrique sine vitio corporis (26) essent. Levit. XXI. 17. 2. Ut sisterentur utrique Deo ad portam tentorii conventus. (27) Exod. XXIX. 4. 3. Utrique aquâ mundari debebant. (28) Exod. XXIX. 4. 4. Consecrabantur utrique ad offerenda Sacrificia, Exod. XXIX. 1. 5. Utrorumque

C 4

auri-

(26) Sacerdotes erant typi Christi; si verò typi debebant esse ἄσπιλος, ὁσίος, ἀκώκυσ Hebr. VII. 26. eos oportebat esse sine vitio corporis. Quid verò illa vitia corporis denotarint, quibus sacerdotes carere oportebat, vid. in libello nostro de *Imitatione J. C.*

(27) Quia sacerdotes illi erant peccatores, ἔχοντες ἀσθενείαν habentes infirmitatem, Hebr. VII. 28. sic ut deberent περὶ ἑαυτῶν προσφέρειν pro se ipsis offerre Hebr. V. 3. propterea non poterant accedere ad domum manufactam, in quo Deus ἐσκήνωσε habitavit quadantenus, ad offerendum pro populo, nisi carnali aliquâ sanctificatione idonei fierent; idcirco sisterantur Domino, ut consecrarentur. Quod testabatur infirmitatem Sacerdotum ipsorum, & quòd ipsi non essent veri Sacerdotes, qui sacrificiis suis iratum Numen placare & propriâ justitiâ mitigare possent; utpote quos ipsos oporteret prius aliâ aquâ & sanguine mundari, quàm valerent appropinquare Deo cum fiducia.

(28) Lotio illa tria significavit: I. Καθαρότητα munditiem veri sacerdotis. II. Nos purificari aliâ aquâ, h. e. δικαιώματι merito Christi, Ezech. XXXVI. 25. Ps. LI. 9. III. Quoad Israëlita adstricti fuerunt his δικαιώμασι σαρκός piaculis carnis, & baptismis Hebr. IX. 10. testati sunt, aliquid superesse, quò prohiberentur prope ad Deum accedere, h. e. reatum ipsorum nondum penitus expiatum esse actuali λύτρω.

auricula & pollex dexter pedis (29) ac manûs, alterius arietis sanguine tangebantur. Exod. XXIX. 20.

XIII. Tempore initiationis, Sacerdotis manus certis rerum offerendarum partibus implebantur, (30) Exod. XXIX. 9. Ad hunc ritum collimat ceremonia; quæ obtinet in Ecclesia Christiana, ubi Episcopus ordinando Ministro Biblia tradit. Utrumque significare potest, nefas esse quempiam sibi sumere τὴν πρῆν, hunc honorem, nisi vocatus sit à Deo ut Aaron, Heb. V. 4. Hinc initiatio juxta genium Hebrææ linguæ vocatur *Impletio manûs*. Huic ordini contrariabantur Sacerdotes Jerobeami, qui pro lubitu *suas impleverant*

(29) Quod illorum manus, aures, pedes, arietis sanguine tincti fuerunt, notavit tria. I. Ὑπακοήν obedientiam Christi, quâ se Legi subjecit, & aures perforari passus est, Ps. XL. 7. ita ut etiam manibus suis multos sanarit, oves suas retinuerit, & pedibus suis in pagis & urbibus obambularet benefaciens multis. II. Sanctificationem nostram, quâ membra nostra sistimus ὅπλα δικαιοσύνης τοῦ Θεοῦ arma justitiæ Deo, Rom. V. 13. sanguini ejus deberi. III. Omnes nostras partes, seu trinum interioris & exterioris hominis templum, h. e. S. Sanctorum, Sanctum, & atrium, per caput, per pectus cui manus adhærent, & per ventrem cui pedes annexi, significatum, sanguine Jesu purificari.

(30) Hæc manuum impletio hæc denotat: quod Moses, imponendo ipsis aliquid ex rebus offerendis, ipsis jam plenâ potestate concesserit facultatem adolendi, offerendi, jugulandi, sanctuarium ingrediendi &c. quem mutum ritum sine dubio viva vox Mosis interpretata clariùs est. Et quod Christus missus à Patre venerit in mundum, Heb. I. 16. sacerdotio functurus; sed cui postea omnia tradita sint (non pars quædam) in manus.

verant manus, (31) 1. Reg. XIII. 33. h. e. sacerdotium invaserant. (†)

XIV. In OBITIONE MUNERIS *Sacerdos Summus differt* à reliquis Sacerdotibus. 1. Dum quotannis semel Sanctum Sanctorum intrabat, (32) *Levit. XVI.*

C 5

XVI.

(31) Pronomen, quod hic Autor reciprocum posuit, etiam esse potest relativum, in Sacro Textu; q. d. ejus qui voluit, manum implevit scil. Jerobeam.

(†) Sacerdotes, quos Jerobeam constituit, clarissime præfigurant falsos Apostolos. I. Ipsi currunt & captant hoc ministerii munus & opus, se non idoneos ad id reputantes; quum ii, qui magis idonei revera sint, id potius fugiant & detractent. *Jac. III. 1.* Et II. sunt ex infima plebe, h. e. nescii legis & Evangelii, & absque ulla claritate spirituali. III. Æquo animo ferunt, veros sacerdotes è ministerio ejiei, ut sibi os & manus impleantur. IV. Adedque celsa & vitulos & idola colunt & non Deum, utpote, à solo Jerobeamo, qui Cæsareo-papiam & Pontificiam autoritatem rapuit, constituti, & non à Deo. 1. Reg. XII. 31. 2. Par. XIII. 8. 9.

(32) Sanctum Sanctorum est typus Ecclesiæ & cœli & intimi nostri spiritus; velum, per quod intratur, carnis & legis; eâ ruptâ Christus cœlum intrat, & residet inter Ecclesiam triumphantem velut ἡ κιβωτός *arca. Hebr. IX. 4. Apoc. XI. 19.* Ratio, cur semel quotannis die *Kipurim* intrarit, suppeditatur ab Apostolo *Hebr. IX. 7. 8.* quia nondum fuit publicata via ad sanctuarium, h. e. quod nondum Israëlita habuerunt προσευχὴν *accessum μετὰ παρρησίας cum fiducia* ad Deum, reatu nondum abolito per corpus Christi. Redire in sese, & in cor suum, inque eo regnum Dei quærere, est converti & respiscere. Qui verò ita in isto suo adyto Deum invenit gratiosum, is, relictis velis & ceremoniis Judaicis, cœlestia sapit, & in Sanctuarium verum penetravit, plene Deum visurus in cœtu angelorum, rupta quum erit caro, quæ fidelibus etiamnum impedimento est, ut non pro voto semper intrare ad Deum & in Deum possint.

XVI.34. 2. Dedecebat Sacerdotem Summum ob mortem cognati aut consanguinei se ad mœrorem abjicere, Lev. XXI. 10. 11. vel tristitiam suam (33) testari 1. *Denudatione capitis*; 2. *Scissione vestium*, de quibus luctûs notis quidpiam dicendum erit cap. de *Sepultura*. Attamen non abs re erit annotare, quòd Talmudicorum sententia sit, licuisse Summo Sacerdoti discindere extremam vestis suæ oram, sed nefas fuisse desuper à pectore lacerare vestes, quæ sententia si stat, non sequetur necessariò, Cajapham contra Scripturam egisse lacerando vestes suas, Matth. XXVI. 65. (34)

XV.

(33) Pontifex non debebat signum externum doloris dare, etsi altâ mente repõsti: nam tacitum fovere dolorem nec vetitum erat, nec humanâ naturâ eliminari poterat. Indoluit Aaron filiis suis. Levit. X. 20. 21. Sed propterea non debabant in externum se dolorem effundere, ne videantur illi, qui *ἠρόδειγμα* exemplar esse debebant Sanctissimi Pontificis, profani, nullam spem habentes. Interim, uti Talmudici ajunt, Sacerdos magnus poterat incedere post feretrum usque ad urbis portam, verum ita, ut iis, qui succollabant funeri, propylæo sive porticu tectis, sub dium ex ædibus processerit; illis verò ex porticu egressis eam subierit. *Cocc. Sanb. cap. 2. §. 1.* Taceo, quòd is, qui ex summis Christianis sacerdotibus est, & ita se ipsum obtulit Deo, ut per omnia vela in sacrarium intimum, & in conspectum Dei pervenerit, unusque Spiritus cum Deo factus sit, nullâ aliâ re moveatur præterquam peccato, omnium rerum jacturam subjecit voluntati cælestis patris, in quo solo & semper lætatur. At verò ubi sunt hi summi & tanti sacerdotes?

(34) Si quis blasphemaverat, reus erat mortis, & qui ipsum blasphemantem audierant, disrumpebant vestes suas.

XV. Sacerdotibus Secundanis permissum erat iugere hos sex: Patrem, matrem, filium, filiam, fratrem, sororemque virginem, Levit. XXI. 2. 3.

XVI. Conveniunt verò in functione sua Sacerdotes Summi cum Secundanis his in rebus. *I.* Utrique adolebant in altari suffitûs & holocausti. 1. Chron. VI. 49. 16. 39. 40. *II.* Utrique clangebant tubis, quarum duplex usus erat; vel adhibebantur ad imperandam profectiorem castrorum, sive ad ducendum in hostes, vel ad convocandum populum eorumque principes, Num. X. *III.* Utrique mactabant victimas, 2. Chron. XXIX. 22. *IV.* Utrique erudiebant populum, (35) Mal. II. 8. *V.* Utrique statuebant de lepra, Levit. XIII. 2.

XVII.

suas. Jam *Ἀρχιερεύς Pontifex*, falsò putans Christum blasphemiam evomuisse, *διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ* discerpit vestes suas. Hoc factum contodit Socinianos impugnatores Deitatis Christi; nam, cur discerpit vestes? ob blasphemiam: qualem? quòd se ita filium Dei dixerat, sicuti omnes pii sunt? neutiquam. Sed *διὰ τὴν καλὴν ὁμολογίαν* ob pulcram confessionem, quæ fuit, se esse filium Dei *κατ' ἐξοχὴν*, & *ἐν δυνάμει* in potentia. Rom. 1. 4.

(35) Deus Israëlitis præposuerat Seniores & Sacerdotes; velut Deos & pædagogos, qui ipsos in typis istis & figuris & umbris erudirent; propterea dicuntur pharisæi, qui nil nisi suas traditiones intritum volebant, abstulisse *τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως* clavem cognitionis Luc. XI. 52. nunc in N. T. cuius *προτέρημα* præstantior conditio præ Veteri etiam in hoc est, quòd *Lex inscribatur fidelium cordibus*, Jer. XXXI. 33. 34. nunc, inquam, nullam cathedram suspicimus, quæ nos per *κατήχησιν* suam instructionem doceat, neque ullos *Θεὸς λεγομένους* Deos dictos, Col. II. 15. Dei vicarios agnoscimus. *Clavis autem cognitionis*, quâ veræ &

&

3011 11011 11011

XVII. Ad meliorem ordinem tenendum, erat Sacerdoti Summo suus *suffraganeus* sive vicarius, nomine שׂוֹבֵב vel שׂוֹבֵבִי ; qui, si quid vitii acciderat Summo Pontifici, vicē ejus obibat. *Elias Tisb.* Talis substitutus fuit *Zephania*, *Jer. LII. 24.* & talis censeatur fuisse *Annas*, Pontificatum obtinente *Cajaphâ*, *Casaub. adv. Baron. pag 242. Jos. Scal. in prol. ad Euseb.* Hoc sensu exponunt, quomodo *Annas* & *Cajaphas* eodem anno dicantur fuisse *ἄρχιερεῖς Pontifices Summi* (36) *Luc. III. 2.* Summus Pontifex ipsiusque vicarius haud discrepant à nostro *Episcopo* ipsiusque *suffraganeo*, *Patriarcha* *Constantinopolitano*, ipsiusque *Protosyncello*, vel à *Romanorum*

& divinæ cognitionis *παιδείων* recluditur, sunt ardentes preces, & animi *βιάζοντος* diligentissimus labor, Deum in corde nostro inveniendi, & cum eo apertas veritates divinas. Hanc veritates inveniendi methodum pharisæi non commendabant, sed suas scholas, suas commentationes, suas traditiones.

(36) Notum est ex historiis, Pontificatum fuisse olim Præsidum *Syriæ* avaris animis non exiguum partum. *Cyrenius* moto Pontificiâ dignitate *Joazaro Ananum* sive *Annam* surrogavit. A *Tiberio* missus *Valerius Gratus* *Annæ* substituit *Imaelem*, *Fabii* filium, huic *Eleazarum*, huic *Simonem Camithi* filium, huic postremò *Cajapham*, qui etiam vocatus fuit *Josephus*. En brevi tempore multos Pontifices. *Vid. Joseph. Antiq. lib. XVIII. 3. & 6.* Hinc ergo potior ratio exculpi potest, cur plures dicantur *ἄρχιερεῖς*; nec probabile est, vicarium שׂוֹבֵב venisse nomine ejus, cujus vicem interdum gessit; nam ubi *Electo* *Palatinus* in interregno *Vicarius* est *Cæsaris* per circulum *Rhenanum*, aliasque ditiones, non tamen vocatur *Cæsar*. Quando ergo fit mentio plurium *ἄρχιερέων*, tunc in promptu est colligere, fuisse adhuc superstites, qui isto fastigio sacro deturbati sint.

norum *Centurione*, ipsiusque (†) *Optione*, qui vicem *Centurionis* urgente necessitate gerebat.

XVIII. Et ut æqua functio ordoque inter Sacerdotes *Secundanos* vigeret, Rex David ipsos omnes in XXIV. classes & turmas, totidemque dierum vices, sive ἐφημερίαις, distinxit. Defunctis vitâ Nadab & Abihu superstites soli fuerunt ex filiis Aaronis *Eleazar* & *Ithamar*; sicut ergo successio Sacerdotum his duabus familiis & ramis propagata fuit, ita David suo tempore in utraque familia ratione numeri distributiones fecit. Familiam *Eleazaris* descripsit in XVI. classes, *Ithamaris* in VIII. fortibus distributione factâ. Prodiit fors prima *Jehojaribo*, secunda *Jedaja*, tertia *Charimo*, &c. 1. Chron. XXIV. Quævis classis singulis septimanis suæ functioni in templo satisfaciebat, suscepto nomine ab iis, qui tum temporis capita familiarum erant, quod nomen deinceps semper gessit. Cujusvis classis sive ordinis caput dicebatur (*) *Summus Sacerdos istius Classis*; unde est, quòd sacra pagina loquitur de pluribus ἀρχιερεῶσι *Summis Sacerdotibus* unâ coactis, Matth. XXV. 1. 3. Marc. XIV. 1.

XIX. Restat ut annotemus, quòd, quemadmodum

(†) Non abs re est, autorem gradus ministeriales, quos Ecclesia, ad mundum se componens, invito Christo adscivit, conferre cum gradibus militiæ secularis, eoque clarè indicare, Ministerium in Magisterium & Imperium versum post Apostolorum tempora.

(*) Hinc in nova N. T. versione distinctio illa notata est per *Ober-Priester* / und *Oberst-Priester* / quorum hic Sacerdotum omnium Princeps est.

modum hebdomadalis functio sorte fuit definita, ita munus cujusvis Sacerdotis in specie fors describebat; nimirum, cujus jam esset thymiama ta adolere, cujus jumenta immolare, cujus lampadas parare &c. Zacharias Pater Johannis erat ἐξ ἐφημερίας, ex vice seu classe, Abiæ; Luc. I. 5. h. e. octavo ordine, καὶ ἔλαχε τὴν θymiάσαι sorte adeptus erat munus suffiendi, vs. 9.

XX. LEVITARUM (*) munus fuit, curam habere tabernaculi vasorumque, ea ferre, erigere, componere. (37) Levi erant tres filii, Gerschon, Kabath, & Merari, & juxta hæc tria nomina tres familiæ, Gerschonitarum, Kabathitarum, & Meraritarum. Custodia Gerschonitarum versabatur circa operimenta, tegumenta tentorii, & tapetes ocellatos atrii. Custodiæ Kabathitarum demandatæ fuerunt res sanctuarii, ut arca, mensa, lychnuchus, altare &c. Custodiâ Meraritarum asservabantur asseres tabernaculi, pessuli, columnæ, stylobatæ, & reliqua instrumenta. Num. III.

XXI. Hoc erat officium Levitarum Mosis ævo,
&

(*) Levitæ typus sunt istorum vel Christianorum vel in iis Doctorum, qui saltem externa elementa sciunt & tractant, interioris hominis & sacerdotii penè ignari, Deo autem in sinceritate cordis adhaerentes, uti ipsorum nomen dicit.

(37) Levitarum munus his speciebus coarctari non potest, siquidem etiam eorum fuit æquè ac Sacerdotum, docere populum, Mal. II. 4-6. & per χειροθεσίαν manuum impositionem ordinare magistros, qui jus dicebant. Es. VII. 23. 24. 25. Deut. XVII. 9. Erant autem præministri sacerdotum, uti Camilli apud Romanos.

& cùm in deserto oberrarent; at occupatâ terrâ promissionis Rex David ipsorum munus immutavit, concreditâ quibusdam *γασοφυλακῆν* *thesaurorum custodia*, 1. Chron. XXVI. 20. quosdam verò constituit *Moderatores*, & *Judices*; quosdam *Janitores*, *Cantantes* quosdam, 1. Chron. XXIII. 3. 4. *Musici* inter cantandum amicti erant bysso, h. e. amiculo lineo ornati, 2. Chron. V. 12. Hi *cantores* in XXIV. classes sive ordines redacti erant, 1. Chron. XXV. in totidem classes *Janitores*, 1. Chron. XXVI. Ut munia sua hebdomadatim, per sortem indicata, Sacerdotum more obirent. Præterea Mosis tempore Levitæ initiabantur *ætatis* (38) *anno vigesimo quinto*, Davidis ævo, *ætatis anno vigesimo*, 1. Chron. XXIII. 24. *Esra*. III. 8.

XXII.

(38) Verum quidem est, quòd Deus in V. T. de ætate Levitarum caverit l. c. sed mirum, quòd non de ætate Pontificis Summi, qui Christum referebat. Joseph. *antiquit. l. 4. c. 2.* nobis narrat, Corahum Mosis se opposuisse, eò quòd Aaroni Sacerdotium datum esset, quòd sibi deberetur, utpote & genere & opibus & ætate potiori. Certè & Gentilibus, de ætate ineuntium munus Sacerdotale, cura fuit. Romulus ad pontificatum ante quinquagesimum ætatis annum neminem vocari permisit. Flamines ante annum ætatis quinquagesimum non fuisse ordinatos *Alex. ab Alex. l. 6. c. 12.* prodit. Cicero in *orat. pro domo sua* ita infit: *quæ major contumelia est, quàm venire in Sacerdotium imberbem adolescentulum?* Sed quid de ætate Pastorum sub N. T. dicendum? Sanè incautè quædam Concilia certum annorum numerum definivère; nam & ipse Timotheus juvenis fuit, & *hominum ingenia*, uti belle loquitur Bullingerus, *non à vetustate, ut vina, estimanda sunt, sed ab ipsa probitate & eruditione.* Vide plura ap. *Barth. Agricol.*

de

XXII. Hic notanda est libertas Ecclesiæ, quæ illi tum temporis in commutandis cæremoniis indulta fuit: munus ipsaque initiatio Levitarum, quæ facta Davidis tempore, discrepat ab institutis Mosis. Sic jacta fors (39) in electione *Matthai*, non autem in vocatione vel *Pauli*, vel reliquorum Apostolorum. Sic nunc, quæ olim in primitiva Ecclesia obtinuerunt, oblitterata sunt, *ἀσπασμὸς ἐν Φιλήματι ἁγίῳ*. (40) *Salutatio osculo sancto*, in occur-

de ætate ineunt. off. cap. 16. 17. Nihilominus, quemadmodum Deus isto ætatis Levitarum termino indicare voluit, homines plerumque vix ante istum terminum ad sacra, devotionemque ferri, sed velut in atrio inter gentiles vagari, sic facilè inde liquet, quàm periculosum sit, in rebus sacris, intimationibus, inque multiplici mortis genere inexercitatos Juvenes, qui tantum loqui didicerunt, & vel saltem *νεόφυτοι* sunt, si non planè gentiles, multis animarum millibus tanquam Doctores & Ductores præfici.

(39) In Vet. Test. fors sæpe jacta est, I. Sam. I. 21. XIV. 42. Jos. VII. 19. Levit. XVI. 8. in Nov. Test. Act. I. 26. Et ipsis Gentibus usitatissima fuit: fiebat autem vel talis & calculis, vel tesseris, vel fabis, conjectis vel in urnam sive situlam, vel galeam. Vel scribebatur quoque nomen in schedula & mittebatur in sinum. Prov. XVI. 33. Adhibebatur autem vel in eligendo ad honores: sic Atheniensibus *ἀρχαὶ κληρωταί*; vel distribuendo hæreditates; vel in damnando, ubi fortiebantur calculis atris & albis; unde modus loquendi fluxit Apoc. II. 17. *ψῆφῶ λευκῆ*. Dubiæ autem Gentium sortes fuerunt, temperante eas Diabolo. Hodie ad licitas olim sortes descendendum non est, sed Ecclesia uti debet donis Sp. Sancti ordinariis; nisi forsan è binis eligendis neuter alterum virtute & sanctitate præstare videatur.

(40) De hoc osculo & pluribus osculandi modis agetur *cap. 2. libri tertii.*

curfionibus usurpata, & ἀγάπαι, convivia amorem
testantia, apud Sacram Cœnam. (41)

XXIII. Insuper Levitarum gradus non præter-
mittendi sunt. Scil. I. *Initiatio* ipsorum, ubi nati
unum mensem Deo sistebantur, Num. III. 15. II.
Consecratio, ubi suum munus annumque vigesi-
mum quintum ingredientibus, consecrabantur
χειροθεσία, manuum impositione, Num. VIII. 24. Ex eo
tempore usque ad annum trigesimum, quinque
annis adsuescebant paulatim obeundo muneri.
Qui manus imponebant Levitis, textus ait fuisse
filios Israël, Numer. VIII. 10. Chazkuni exponit
hunc locum per primogenitos Israël; (42) hi erant
Ecclesia Representativa, (43) & per allusionem Ec-
clesia

(41) Agapas accuratè describit *Tertullianus in Apologe-
tico cap. 39.* Convivia erant à Christianis instituta Cœnâ
distributâ, uti in Vet. Test. addita legimus sacrificiis con-
vivia. Parabantur autem in templis, vel ubi cœtus con-
veniebat, ex collectis: ex iis Minister seu Diaconus
divisit pupillis, viduis, ægrotis, egenis, vinctis &
peregrinis, absentibus submittebatur. Hæc convivia
dulci nomine vocantur ἀγάπαι amores, quo notabant,
quod cœtus fidelium convenire debeat ὁμοθυμαδὸν unanimi-
ter, & habere καρδίαν καὶ ψυχὴν μίαν unum cor & animam,
Act. IV. 52.

(42) De primogenitis, quorum loco Levitæ Deo con-
secrati sunt, dictum aliquid est in Notis ad c. I. l. I. Hic au-
tem cum Autore commodè intelligas per filios Israël pri-
mogenitos, qui quasi imponendo Levitis manus consen-
tiebant in ipsorum electionem & Amen dicebant: quique
eodem cap. vs. 16. memorantur primogeniti.

(43) Illud vocabulum in Babylonis Romanæ confusi-
one labiorum genitum est, ubi unus singularis homo to-
tius

clesia Christi vocatur ἐκκλησία πρωτόγονων *Ecclesia primogenitorum*. (44) Tum temporis separabantur Levitæ à Sacerdotibus, hoc est, ἀφωρίζοντο, uti legunt LXX. Num. VIII. II. Ἀφωρείει Ἀαρῶν *separabit Aaron, pro agitabit, vel admovebit, quod*

Voca-

tus Ecclesie auctoritatem in se derivat, sibi que Ecclesiam, imò Christum repræsentanti omnem potestatem arrogat: propterea cum Romanam πρωτοφιλίαν *dominationem* redoleat, remittimus autoribus & è regimine directivo Ecclesie nostræ exulare, bonum esse statuimus. Vid. *Cocc. Sum. Theol. cap. 77. §. 19. & ex eo Wittich, Theol. pacif. cap. 29. §. 300.*

(44) Rectè dicitur Apostolus Hebr. XII. 23. allusisse ad primogenitos; nam primogeniti sanctificati erant & consecrati Domino, Exod. XIII. 12. Inde omnes, Jesu Christi fratris nostri primogeniti sanguine sanctificati, dicuntur *primogeniti in cælo scripti*, h. e. libro vitæ, ἡς ἀπέγραψα *quos prænovit*. Sed quomodo Israël accessit d. l. ad Ecclesiam primogenitorum, cum ipse esset primogenitus, & Levitæ loco primogenitorum electi? Resp. 1. Israël erat præ omnibus gentibus λαὸς περιέσβετος *populus peculiaris à Deo electus*, Exod. IV. 22. 23. Amos III. 2. gentes verò rejectæ; nunc verò in Nov. Test. ubi non est distinctio Judæorum, Græcorum, Levitarum, fervorum, liberorum, marium, fœminarum, omnes jure primogenituræ gaudent, qui descripti sunt à Deo in libro vitæ; & sic omnes concapitulatur, & accedunt ad Ecclesiam primogenitorum. Imò verò Israëlita ipsi, etsi primogeniti generaliter vocabantur, habebantur tanquam *servi*, Gal. IV. & non gaudebant bonis filiorum N. Test. reservatorum: ergo nunc in N. Test. servi Israëlita accedunt ad Ecclesiam primogenitorum, qui verè suo primogenituræ jure fruuntur. 2. Omnes qui nunc sunt veri Israëlita, & cum Jacobo vincunt & substernunt, ii accedunt ad concilium & Ecclesiam Patrum & omnium illorum, qui fide suâ devicerunt primitus Mundum, & sic quoque & ipsi fiunt primogeniti, respectu videlicet aliorum.

vocabulum adhibetur Ministris Jesu Christi, Act. XIII. 2. Ἀφοείσατέ μοι separate mihi Barnabam & Saulum. III. Functio, ubi tabernaculum huc illuc ferebant, ab anno (†) trigesimo usque ad quinquagesimum, Num. IV. 3. IV. Tandem solutio ipsorum à gravi isto ferendi tabernaculi onere. Nihilominus tamen tenebantur castra metari circa tentorium, cantare & arcere extraneos à tentorio, ut & erudire juniores Levitas, Episcoporum more. Franc. Jun. Anal. expos. Num. VIII.

XXIV. Ad hos gradus videtur Apostolus allusisse, 1. Tim. III. 13. qui benè ministraverint, parant sibi καλὸν βαθμὸν bonum gradum. Tales gradus in usu fuerunt inter virgines (45) Vestales: Triginta annos necesse erat eas manere innuptas & castas; primis decem annis discebant suæ professionis mysteria, sequentibus decem sacra perficiebant, postremis decem alias edocebant, Dionys. Halicarn. lib. 2.

D 2

XXV.

(†) Non inutilis est illorum observatio, qui his functionis terminis indicari putant, hominem, nisi à 25. vel trigesimo ætatis anno inchoet sacris fungi, & Deum colere, vacetque ab isto μετανοήσεως & conversionis ad Deum opere usque ad quinquagesimum annum, vix tunc porro aptum & ἕορτην esse ad regnum sanctuarii que Dei. Vid. not. preced. 38.

(45) Plutarchus in libello; An seni sit gerenda Respubl. inquit: Sicut enim Romæ Vestalibus virginibus tempus distinctum fuit, ita ut primâ ejus parte Sacra discerent, secundâ facerent, tertiâ alias docerent; Utque primùm Mellieren, h. e. futuram Sacerdotem; deinde Hieren, ut jam Sacerdotem; postremò Parieren, quasi defunctam Sacerdotio, vocarent.

XXV. Ab hoc manuum (46) impositionis ritu in Levitis manavit similis mos usitatus Apostolis in sacrorum ordinum inauguratione, Act. VI. 6. 1. Tim. V. 22. Notare *differentiam χειροθεσίας manuum impositionis*; *χειροτονίας manuum elevationis*, in signum applausus vel suffragationis, Act. XIV. 23, & *ἐκτάσεως χειρῶν manuum extensionis*. Priores ritus adhibebantur *ordinationibus* vel *initiationibus* ordinum. *Χειροθεσίαν* mutuati erant ab Hebræis; *χειροτονία* signum erat Atheniensium, (47) quibus duo magistratus erant; *κλήρωτοι* sorte

(46) *Seldenus lib. 2. de Syned. Heb. cap. 7.* probat *χειροθεσίαν* hanc Hebræorum durasse ad ultimum regiminis ipsorum agonem; unde facile concludimus, Apostolos hunc ritum in ordinandis Ecclesiæ Ministris hausisse ab ipsis Judæis, & usurpasse, ne lividis Judæis viderentur conculcare patrios ritus. Hebræi autem, Mosen imitantes Num. XXVII. 18. manum imponebant ei, quem ad Rabbinatûs dignitatem evehebant. *Cocc. Sanh. cap. 1. §. 3. not. 10.* Quanquam autem iste ritus à Judæis ad Christianos transierit, Sacramento & Mysterio tamen non videtur carere. Nam & sacerdotes iussi manus victimis imponebant, & Patriarchæ filiis & Christus pusillis, citraque dubium transversas; id quod præprimis patet ex benedictione Jacobi. *Gen. 47.* Ex cujus circumstantiis discere, eam Ecclesiam, quæ hominibus videtur stare ad dextram Dei, participem fieri sinistræ, alteram verò, quæ ad sinistram, dextræ. Manuum certè impositio donorum divinorum largitionem notavit, & à Christo ac Apostolis non inanis perhibita est, *2. Tim. I. 6.* Nostra verò quàm vacua sit, eheu constat.

(47) Differt *χειροτονία* à *χειροθεσία* etsi eas Pontificii cum quibusdam Patribus confundant; *χειροθεσία* est ordinatio, *χειροτονία* consensio in eam. Finis *χειροθεσίας* fuit, ut, ubi legi-

sorte electi, & χειροτονητοὶ ἀρχαί manuum elevatione designati magistratus. Æschin. cont. Ctesiphont. Χειρῶν ἐκτετακίσις manuum extensio vocabatur interdum τὸ χειρὸς νεῦμα nutus manus, signum, ut multitudo linguis fa-
veret, Herodian. pag. 45. Ita Paulus se excusa-
vit ἐκτείνας τὴν χεῖρα extensâ manu. Act. XXVI. 1. (48)

XXVI. Alia præterea fuit sacrorum Ministrorum species, teste Mose Kots. fol. 211. col. 4. quos vocabant **מַעֲמַדֵי שְׁנֵי** viros stationis, sive stationarios. Lex volebat offerentem aliquid, sive illud fuerit oblatio, sive victima, propriâ manu offerre Jehovæ, & *adstare*, quoad oblatio vel victima consummata fuerit. Verùm, quia totus Israël *adstare* non poterat, quùm tantam.

D 3

mul-

legitima vocatio & ordinatio requireretur ad docendum, locus esse nequiret ferendis ψευδοδοξίας venenis. Χειροτονία utebantur in ferendis suffragiis; sed, sicut hoc *cap. not.* 4. diximus, ritum aliquem circa rem aliquam usurpatum fortiri tandem ejus nomen, ita hic accidit; nam non credibile est plebem in electione Presbyterorum semper extulisse manus; ubi ergo hoc vocabulum occurrit in N. Test. intelligimus electionem per suffragia, Act. XIV. 23. 2. Cor. VIII. 19. sequebatur autem χειροτονίαν χειροποισία, 1. Tim. V. 22.

(48) Mos fuit & Judæis & Gentibus manu nuere, & signum dare, præsertim ad conciliandum silentium: Act. XIX. 33. Κατασεισάσας τὴν χεῖρα concutiens manum. Act. XXI. 41. Paulus κατίσεισεν τῇ χειρὶ τῷ λαῷ concussâ manu signum dedit populo. Ita

Ovid. 1. Metam.

— qui postquam voce manuque

Murmura compressit, tenuere silentia cuncti

Perfius Sat. 4.

— calida fecisse silentia turbæ

Majestate manûs.

multitudinem loci angustia excluderet, propterea, quando immolabatur pro toto populo, certi homines ad id lecti, vicem locumque populi implebant. Divisi erant, velut Sacerdotes & Levitæ, in XXIV. classes sive ordines, ut hebdomadatim ministerium suum in templo exercerent. Ista verò electio non soli tribui Levi alligata fuit, sed indiscriminatim sumptis è toto populo. Cuius ordini suus præerat *Stationum princeps*

וְשֵׁנֵי מַעְמָד.

XXVII. Officium (†) NETHINÆORUM occupatum fuit circa ligna cædenda, & aquam hauriendam pro domo Dei: non erant Levitæ, nec Israëlita, sed *Gibeonita*, quos Josua ob subdolanam captionem, quâ Israëlitarum arma eluserant, ad hocce munus damnavit, Jos. IX. 23. Postmodum dicti sunt נְתִינִים Efr. II. 43. à rad. נתן *dedit*, quasi diceret *dedititios*, quod huic ἀγγαρεία *functioni* in templo dati erant. Abjecta fuit ipsorum conditio, ut patet ex Deut. XXIX. 11. à *putatore lignorum tuorum usque ad haustorem aquarum tuarum.*

CAP.

(†) Quorum hominum figura *Nethinæi* fuerint, paucis dispiciendum. Videntur referre istiusmodi homines plebejos, qui, quum gentili animo sint, & sua celsa suspicere edocti, (hoc enim *Gibeon* significat) opus operatum, ut loquuntur, præstant, inque solo eo desudant, ut τὸ ἅγιον κοσμηθῆναι *sanctuarium Mundanum* & externum, ornent, sacrificium vivum verumque, & sacerdotium ad Deum propius accedens, aliis relinquentes.

CAP. VI.

De Prophetis.

I. Legis interpretes diversis nominibus insigniti sunt. Et licet annus & tempus, quo cujusvis nomen ortum est, antiquitate testatum sit, nec ullis monumentis pateat, concipere tamen possumus tres diversos temporis articulos & periodos, quibus nomina mutationi succubuerunt. I. Ab *Adamo* usque ad *Mosen*. II. A *Mose* usque ad *reditum* populi ex *Babylone*. III. Ab isto *reditu* usque ad dies *Salvatoris nostri* & deinceps.

II. In prima temporis periodo, sicut *Adamus* & *Propheta* (1) & *Sacerdos* suæ familiæ fuit, ita postmodum quivis *primogenitus* his duobus muniis præfuit,

D 4

fuit,

(1) Eximia *Adami* prophetia fuit, quod uxorem suam appellaverit **EVAM**, *matrem omnis viventis*, *Gen.* III. 20. Exhibitione digna est quorundam *Rabbinorum* derivatio istius vocis à rad. **אָמַר** *indicavit, dixit*, quod *Eva* adeo loquacula miscuerit sermones cum serpente. *Ista* *Judaici* *cerebri* *bullæ*, absque ullo refutationis spiritu, propriâ inanitate corrui. Hæc ergo est vera sententia *prophetiæ* istius: *Audiverat Adamus, Semen mulieris contriturum esse caput serpentis*, atqui tale semen sine dubio debebat esse fortius serpente, h. e. *Deus*, **יְהוָה**, alias victus esset à *Satana*: debebat etiam nasci ex muliere, & **ζωοποιεῖν** *vivificare* homines in peccatis mortuos, damnato *Satana*. *Adamus* ergo, hoc non ignorans, *Evam* dixit *matrem omnis viventis*, h. e. tam *vivificantis Christi*, quàm *vivificati miseri hominis*, tam **ἀγιαζοῦντος** *sanctificantis*, quàm **ἀγιαζομένου** *quod sanctificatur*. Si enim inuisset meros homines, cur non æquè se patrem viventis dixisset?

xisset?